

Erod. 40. Pagnin. Deus gau- det, & letatur in templo.

magnus Dominus, Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Pagnin. legit: Operuit nubes tabernaculum Ecclesie. Cur Deus qui habitat in inuisibili gloria, tam manifesta, ac clara maiestate descendit, & apparet a Gloria Domini impleuit illud. Exstructo tabernaculo Ecclesie, tantopere illo gaudet Deus, vt statim accurrat, suum gaudium ostensa gloria declarans, vt suo fruatur templo. Iosephus de re presentis lib. 3. Antiquit. cap. 12. Ostendit, ait, se Deus gauisum in operibus Hebræorum, & non frustra laborasse eos in pulchritudine adificij. Qui enim tanto apparatu in suam Ecclesie tabernaculum venit, apertè suum magnum gaudium declarat, & ostendit. Quod etiam ponderat idem Iosephus de templo Salomonico lib. 8. Antiquit. cap. 4. dicitur enim 3. Reg. 8. num. 11. Impleuerat enim gloria Domini domum Domini. Sic ait ipse: Quasi Deus descendisset in templum, & libenter in eo inhabitaret.

Ioseph.

Ioseph.

3. Reg. 8.

54. Psal. 131.

Hebræus.

Grata Deo templorum extructio.

Basil.

QVÆSTIO VIII.

Pro Templorum adificatione adducitur in exemplum Domina Baronissa Dona BRETRIS DA SYLVEIRA, construens illustre Monialium monasterium.

55.

IN sine superioris quæstionis tractatu quam præiucunda sit Deo templorum erectio, eorumque adificatio, inde qui templa Deo adificant, magnis donis à Deo cumulantur, vt patet in Zachæo, qui ex domo sua Deo dedicata meruit audire ab ipso, hodie huic domui à Deo salus facta est. De his templorum conditoribus, ait D. Bruno lib. de laudibus Ecclesiasticis. cap. 7. Non solum bona aterna percipiunt, sed etiam temporalia eorum bona multiplicantur, augetur dignitas, crescit honor, vt alij eorum exemplo ad similia adducantur, non sumptum considerantes, sed fructum spectantes. Sicque tradit Iosephus de Regibus Samariæ lib. 11. Antiquit. cap. 2. Quod vsque in presens tempus tam Adadus, quam Azaiel eius successor diuinis apud Syros coluntur honoribus ob magnificè templum extructa. Cum ego cogito proponere exempla, vt alij ad fabricanda Deo templa stimulentur,

Bruno.

Iosephus. Templorum conditores multis donis sublimantur.

non mentem conuërto ad Reges, ac Principes antiquos, sed ad id, quod in presentiarum accidit, nam vt ait Damianus Epit. 8. Præsentia effacius mouent, quam præterita. Indèque oculos conicio ad illustrissimum Monialium Beatissimæ Virginis de Monte Carmeli monasterium in honorem V. Mariæ de Natiuitate, ac sancti Ioseph, quod magnis sumptibus adificauit Madriti Domina Baronissa Dona Bretrio da Sylueira, de qua dicam id, quod dixit N. D. Cyrill. Alexand. lib. 2. de recta fide ad Reginas de Eudocia, Video te depictam, & adumbratam in illa muliere forti, quam maxime decantat, ac celebrat Salomon, Prou. 31. num. 10. Et ex multis illustratis eius encomiis, quæ facile in presenti poteram adaptari tria vel quatuor tamen breuiter perstringam.

Damian.

Cyrill.

Prou 31.

56.

Septuag. Iansen. Salazar. Concl.

Varabl.

57.

1. Paralip. 2. Reg. 7. 3. Reg. 16.

Basil.

Seuerius. Plus est testameta exequi, quam delegare.

58.

Confidit in ea cor viri sui, ibidem num. 11. seu vt habent Septuaginta: Confidit super eam cor viri sui, vt explicant Iansen. Salazar, Cornelius, Conquiescit super eam cor mariti, quia certus est de eius fide, strenuitate, ac dexteritate. Dominus Baron Georgius de Pace da Sylueira, Eques Diui Iacobi, ac Commendatoris sancti Quintini testamento suo ordinauit, vt ex multa, ac amplissima sua substantia fieret Collegium Angelorum pro propaganda fide, & quoddam hospitale pro curandis militibus, ac monasterium quoddam Beatæ Virginis de Spe. Irèmq; delegauit tria millia aureorum pro sustentandis incarceratis, & pro maritandis Virginitibus, pro redimendis captiuis, ac pro alijs pietatis operibus, toto admittente orbe, decem & octo mille aureos annuales. Quæ omnia commisit vxori suæ Dominae Donæ Beatrix da Sylueira, vt ipsa omnia exequeretur absque dependentia, & interuentu, cuiuscumque alterius personæ, vt dicitur in testamento: Confidit in ea cor viri sui. Quæ omnia breuissimo tempore ipsa exequutioni mandauit, perfecit, & absoluit. Confidit in ea cor viri sui. Legit Varabl. Et tunc credit cor mariti eius. In quo sine dubio plus illi gloriæ, & laudis contigit cum tot, ac tanta exequitur, quam marito in testamento ex sua substantia disponenti, ac ordinanti.

Dauid Salomoni filio suo dedit ideam perfectissimam à Deo acceptam totius templi, insuperque mandatum de ipso adificando, maximamque auri, & argenti copiam, multaque alia ad templi structuram, vt patet 2. Reg. 7. n. 7. & 3. Reg. 16. & sequentibus, 1. Paralip. 22. n. 8. & cap. 28. n. 6. & 2. Paralip. 33. num. 7. Vnde ait D. Basilus in Psal. 131. Quod ipse Dauid magis est templi adificator, quam filius eius Salomon. Et tamen templum non habuit nomen à Dauide, sed à Salomone; diciturque frequenter templum Salomonis, vt notauit D. Seuerius Bituricensis. Archiepisc. lib. 1. de Historia Sacra: Salomon, ait, diuissimus Regum templum magnificè extruit, quod à conditore Salomonis templum dicitur. Dauid etsi templi exemplar exaratum reliquit, ac præceptum de fabrica imposuit, ac magnam auri, ac argenti copiam, & alia multa ad hoc delegauit, tamen Salomon multa diligentia, ac prudentia exequitur, absoluit, ac perfecit, & plus hic præstitit, tantam rerum machinam ad executionem redigens, quam ille ordinans, disponens, & ad illam pecunias delegans: Ex quo maiori gloria, quam Dauid, Salomon sublimatur.

Considerauit agrum, & emit eum, & plantauit vineam, num. 16. Mortuo Barone D. Georgio de Pace da Sylueira coniuge, diuisa tota amplissima domus

Psal. 131.

Lyran. Pro templo non quiescit.

59. Tigrina. Varabl.

Beda.

60.

Gen. 28.

Monoch.

Lippom. Hebræi. Abulen. Hieron. Theodor. Perfecta charitas non vno actu quiescit, sed facit voces in perpetuum.

Cæsar.

Bernard.

domus substantia, cumque dimidietas rerum iuxta matrimonij contractus obuenerit Dominae Baronissæ Donæ Beatrix da Sylueira, statim tota mente, ac toto pectore cogitauit de Monasterio adificando, vt minime in hoc negotio quiescere posset. Dicebat Dauid: Fortis uouit Deo Iacob. De templo adificando, vt iam dixi, & subdit: Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob, Psal. 131. num. 5. Phrasis est Hebræica, id est, non quiescam nocte, dièque. Lyranus: Non dabo, ait, perfectam quietem oculis meis, donec inueniam locum apertum pro templi adificatione.

Considerauit agrum. Tigrina: Consulat de agro. Vatablus, Contemplantur agrum. Considerauit in platea de Alcalá, palatium quoddam satis amplum, & commodum ad monasterium, tum ex situ loci, tum ex dispositione domorum, ac ex fabricato claustro, & ex horto adiecto perennibus fontibus præiucundo. Et emit eum. Viginti, & sex mille aureis Et plantauit vineam. Vberem, ac fertilem Carmeli. Explicat Bida, Plantauit vineam, scilicet Ecclesiam. Monialium monasterium nempe, cum multa magnificentia, dispositione, ac commodo sacrarum virginum, multaque perfectione pro obseruanda religiosa clausura. Denique insuper multis donis auri, argenti, ac pretiosissimis suppellectilibus, pro cultu, ac ornatu Ecclesie; in quibus larga manu expendit centum viginti mille aureos. Exceptis magnis expensis, quas modò in Ecclesia magnificè extruenda erogat.

Cum Iacob peregrinus degeret in terra Chanaan, dormiuit iuxta Luzam, tunc apparuit ei Dominus in summitate scalæ. Cumque euigilasset, ait: Terribilis est locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Quæ fuit quædam protestatio summæ reuerentiæ, & cultus erga Deum. Subdit textus: Surgens ergo Iacob tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper, Gen. 28. n. 18. Illa effusio olei fuit quoddam libamen, vt explicat ibi Monoch. Iacob reueretur diuinam Maiestatem: Terribilis est locus iste. Facit quoddam libamen, fundens oleum desuper. Ad quid vltra erigit lapidem in titulum? Seu vt legit Lippom, Posuit in signum. Hebræi, in monumentum. Abulen. in memoriale. D. Hieron. in cap. 3. Olee. in altare. Explicat Theodoretus apud Gloss. In Dei honorem. Eximius affectus charitatis Iacob erga Deum, non contentus est vno actu Deum adorare, eiusque diuinam bonitatem semel reuereri, sed erigit lapidem in monumentum, ac altare perenne, vt perpetuo daret Deo gloriam, eiusque celsitudinem, ac laudes perenniter publicaret, ac testificaret. Nam vt ait D. Cæsar. Dialog. 1. In predicatione diuinorum operum ad omnes perpetuo vocalem esse. Erigit lapidem, seu monumentum, ac altare, vt perpetuo esset vocale, ac daret voces in Dei laudem, ac gloriam. Sic Domina Baronissa Dona Beatrix da Sylueira non quiescit, sua eximia pietate, ac charitate in pauperes, ecclesias, ac monasteria, vt satis est notum, sed etiam Ecclesiam, ac Monasterium adificat, cuius parietes, & lapides Dei gloriam proclamant, tamen vt ait D. Bernard. serm. 6. in Dedicat. Ecclesie: Lapides, ac parietes non dicunt, sed homines. Ideo introducitur in Monasterium religiosissimas Moniales, ac virgines ex magna nobilitate totius Hispaniæ, adhibitis præclarissimis fundatibus religione, virtute, ac probitate, vt perpe-

Sylueira in Euang. Tom. IV.

tuo noctu, dièque oratione, meditatione, ac contemplatione Deo gloriam, & laudem exhiberent, perenniterque eius magnalia dicerent, & non tacerent.

Manum suam misit ad fortia, citato Prouerb. loco n. 19. Aquila, Theodoret. vertunt: Manum suam misit ad virilia. Septuag. Ad uirilia. Alij ex Hebræo apud Salazar legunt, Ad recta, conuenientia, vel ardua. Quod de Religiosa obseruantia moraliter interpretatur Cornel. Domina Baronissa, eligens regulam, ac statutum pro suis Monialibus, manum suam misit ad fortia, recta, ac ardua: ad regulam nempe, ac statutum N. B. Theresiæ de Iesu, sub qua edomita carne, spretis omnibus mundanis, ac abiectis temporalibus, & secularibus per viam omnis virtutis, iustitiæ, ac sanctitatis inceditur, animæque meditatione, contemplatione, ac multis alijs exercitijs vnitur cum Deo; quid fortius quam seipsum vincere, & sequi totum Deo consecrare? Nam vt ait Petr. Damian. Quid fortius, quam in carne, quasi sine carne instar Angelis viuere? Et ne nimius rigor illustrissimas virgines deterreret, ordinauit Domina Baronissa, vt haberent calceos in pedibus, lintea vestirent, & tribus diebus in hebdomada carnibus vescerentur, in reliquis verò toto rigore regulæ S. Theresiæ retento, illòque moderamine eius rigorem temperauit, vnde dicerentur Carmelitæ Recollectæ.

Samaritanus ille, qui inuenit hominem, vulneratum, qui incidit in Latrones. Approprians alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum, Luc. 10. n. 34. Non solum oleum infundit, sed etiam vinum, & mixturam facit. Samaritanus ille bonum rectorem, ac pastorem designabat, vt docent multi Patres, ac proinde acceperunt, ac mordacitate vini moderauit, ac delinuit benignitate olei. Præclarè D. Gregor. part. 2. Pastoral. c. 11. Quisquis, ait, sanandis vulneribus præstet, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: quantum per vinum mundentur putrida, per oleum sanantur sananda. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate: faciendum quoddam temperamentum ex utroque: vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Et ponit S. Doctor aliqua exempla, quæ adduxi tom. 3. c. 21. q. 11. n. 82.

Digiti eius apprehenderunt solum. Non dicitur: Tenuerunt, sed apprehenderunt. Beda: Bene dicitur, Apprehenderunt, vt viuacius commendetur, quanto studio, quanta festinatione in hac vita agendum sit. Fulus cum sit rectus, vt ait Cardinalis Hugo, significat rectitudinem intentionis, & rotat in gyrum, quia opera indifferentia in se recipiens rectificat, ac sanctificat. Hugo: Digiti, ait, huius manus sunt omnes electi, qui apprehendant solum, id est, rectitudinem intentionis, per quam omnia opera, quasi fila in orbem aternitatis retorquent. Quæ omnia facile poteram accommodare prædictæ Dominae Baronissæ ex suo magno affectu à pueritia ad Moniales, sed modestia plura dicere nõ patitur.

De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis, n. 15. pro ancillis; Syriacus, Septuaginta, & Theodoretus legunt, Puelis suis. Prædam, id est, escam; nam propriè præda significat escam ferinam, quæ venando prædatur. Hinc per catachresim transfertur ad quamlibet escam animalium, siue hominum. Omnes domesticis eius vestiti sunt duplicibus, n. 21. Etsi per duplices vestes multi intelligunt vitam actiuam, & contemplatiuam, rectam intentionem, ac opera. Tamen communiter intelligitur liberalitas

61. Aquila. Theodor. Septuag. Hebræus. Salazar. Cornel.

Damian.

62. Luc. 10.

Rigor temperandus cum lenitate.

Gregor.

63. Beda.

Hugo. Recta intentio in Deum.

64. Syriacus. Septuag. Theodor.

QQq prouida

Iansen. Sa. Monoch. Tirin. Corncl.

prouida Matronæ, in impendendo bonam, ac rectam suppellestem, vestem, & annonam puellis suis, vt docent Iansenius, Sa, Monoch. Tirin. Cornelius. Ex quo ipse subdit: Audiat hoc Religio, cuius hac mulier typum gerit, & Abbates, Priores, ac Rectores religionum, vt Religiosis filiis suis, qui propter Christum pauperes se fecerunt, aperiant eis necessaria, & cum magna charitatis significatione provideant, ne à parentibus, vel amicis ea mendicare, aut aliunde ea sibi comparare, cum paupertatis, fame, & discipline iactura cogantur.

65.

Duodecim mille aurei annuales.

Cum hoc valde exploratum haberet Domina Baronissa Dona Beatrix da Sylueira suis Monialibus Carmeliticis Recollectis ad earum sustentationem tam pro cibo, quam pro vestitu vsque ad minimum sub vita communi in perpetuos redditus dedit duodecim mille aureos annuales, ex quibus mandauit deputare quolibet anno mille aureos ad nouam substantiam conuentus emendam, vt redditus nunquam minuantur, sed semper in nouum augmentum procedant.

66.

Sicque voluit, vt Moniales omnibus necessariis prouisis essent independentes, ac separata ab omni secularium commercio, vt decreuerit, ac instituerit omnes Moniales, quod est valde peculiare, in hoc Monasterium ingredi sine dote, alimentis, propinis, omnisque esse sine peculiari redditu annuali, vulgo tenças; nullamque posse aliquid venale suis manibus laborare, sed disponit, vt omnia fiant gratis, vel pro ornatu Ecclesie Monasterij, vel aliarum Ecclesiarum, quæ in egestate sunt; omniaque voluit à Conuentu Monialibus suppeditari.

67.

Cant. 4.

Bernard.

De sponsa decantatur: Dentes mi sicut greges tonsarum, que ascenderunt de lauacro, Cant. 4. n. 2. Per oves tonsas religiosi interpretantur. D. Bernard. ferm. 63. ex paruis: Quam bene, ait, Monachi tonsis ovis comparantur, quia reuera tonsi sunt; quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum in proprietate relictum est. D. August. in Psal. 94. Eos præceptum Dei totandit dicentis, Vade, vende omnia, que habes, & da pauperibus, Matth. 19. n. 21. Tamen hæc oves tonsæ dicuntur à Diuino Pastore pasci: Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie, Cant. 1. n. 7. Vbi pascas, scilicet oves tuas, vt communiter Patres interpretantur. D. August. ferm. 50. de Verbis Domini; Theodoretus, Catena trium Patrum, Origenes homil. 2. ex quatuor, Beda, Cassiodor. & alij. Per has autem oves pasas Aponius intelligit Virgines, Monachos, ac religiosos. Religiosi sunt oves tonsæ, & tamen dicuntur pasci in meridie. Cur tam aperte dicuntur pasci in meridie? Ideo sanè, quia oves sunt tonsæ à rebus temporalibus, quas abiecerunt, ideo habent pastorem, qui eas pascat meridiano, ac congruo tempore prandij, & refectionis. Vide quæ dixi tom. 3. cap. 31. q. 17. n. 110.

August. Matth. 19.

Cant. 1.

August. Theodor. Origenes.

Aponius.

Deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Quamuis præda proprie significet escam ferarum, vt iam dixi, tamen per illam allegoricè Iansenius intelligit sacram Eucharistiam: Eo quòd, ait ipse, corpus Dominicum velut captum fuit à bestijs & dilaceratum, dum ab impijs Iudeis, ad instar ferarum sanguinem eius sistentibus, crudeliter, & captum est, & flagellis, corona spinis, & clavis discerpitum. Hoc tantum Sacramentum peculiariter celebrare, ac venerari dedit suis domesticis Domina Baronissa; decreuit enim, ac ordinauit, vt omnibus feriis quintis per discursum totius anni sacrosantum Eucharistia Sacramentum esset expositum

68.

Iansen.

Eucharistia semper veneranda.

in Missa Maiori cum magno apparatu, multis cereis accensis, ac ingenti musicorum concessu; ait Albert. Magnus tom. 2. de Eucharistia: Dominus Iesus magnum Sacramentum instituit in Paschali festo, in Paschali festo illud prædicat. Ioan. 6. n. 2. Vt nos discamus quotidie Paschali solemnitate illud celebrare.

Alb. Maga.

Ioan. 6.

69.

Hilar.

His finem ponam cum verbis D. Hilar. in vita Honerati; considerans S. Doctor magnitudinem virtutum Honerati, suumque erga eum eximium amorem; ait: Ignoscite itaque mihi, si diripientibus duobus his affectibus mentem meam, oris mei officium tanquam duobus Dominis famulatum congruum negant. Sicque in præfenti dicam. Duo mihi erga Dominam Baronissam D. Beatricem da Sylueira militant eximij affectus, consideratio videlicet illius præclaræ pietatis, atq; altissimumque ex patre, & matre germanitatis meæ cum illa vinculum, quod quidem os cohibet, & calamus suspendit; famulatum congruum negans. Ignoscite mihi.

Luc. 19. n. 6. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.

Num. 7. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset.

VERSIONES.

Arabic. n. 6. Et festinavit, & excepit illum cum gaudio.

Arabic. n. 7. Omnes illi hoc murmurabant, quia viri peccatoris domum esset ingressus, vt quiesceret.

Syriacus. Apud hominem peccatorem ingressus diuertit.

EXPOSITIO IV.

FESTINANS. Mox vt audiuit vocem Domini, eiusque iussionem, nil responderet, sed obedit, ac festinanter mandata exequitur. Nam vt ait Carthuf. ex D. Ambros. Nemo cum desidia Iesum querit. Cum festinatione, ac diligentia diuinum mandatum est implendum. Filiis Israël dicitur, vt Agnum comedant festinanter, Exod. 12. num. 11. Descendit: ab arbore, nempe. D. Laurent. Nouar. hom. de Pœnit. Descendit confestim, ait, de arbore iam verbo Domini emendatior. Aspectus enim Domini emendauit perdonem. Diuinus intuitus expellit vitia, & peccata. Descendit, ait Hugo Cardin. vt Gentilis populus, qui in eo præfigurabatur fide crucis ascenderet ad resurrectionis fidem. Excepit illum gaudens. Deo obsequia præstanda cum gaudio, ac hilaritate, & iudicauit Dominus, se hospitij oblatione non conferre beneficium, sed accipere.

70.

Carthuf. Ambros.

Exod. 12.

Laurent.

Hugo.

71.

Carthuf. Lyrau.

Chrysol.

Et cum vidissent omnes. Quod Iesus, vt ait Carthufian. iret cum suis discipulis: Omnes. Lyran. interpretatur: Pharisei, & alij malignantes. Aprior tamen est intelligentia, magna pars scilicet populi, ac turba, murmurabant. Reprehendebant, quod in turba ægroti medicus intraret. Qui enim perdidit pretiosam margaritam inter squalida loca, ait D. Chrysol. ferm. 54. non dedignatur intrare, & eam inter stercore ipsa perquirere non abhorret. Quam

Quam nefarie obmurmurant, cum salutis occasionem, in damnum, ac muturandi materiam vertant. Citat. D. Chrysol. Tu ergo, ait, qui reprehendis, qui murmuras, cur ad peccatorem diuertit Christus; viam salutis, misericordie, spem de tali ingressu cape: & caue, nec hoc sit tibi blasphemandi materia; quod tibi occasio est salutis. Et dicebant, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Seu esset ingressus ad hominem peccatorem, publicanum nempe. Carpunt Domini clementiam, quam commendare debuerant, cum peccatores quæretet ad eorum salutem; ad peccatorem, cum vt ait citat. D. Laurent. iam esset emendatus, considerant malum præteritum, & non bonum præsens, cogitant qualis fuerit, non verò qualis modò sit.

Laurent.

QUESTIO IX.

Quare Zachæus cum tanto gaudio, ac festinatione excepit Christum?

72.

Euthym. Res obtepta supra spem delectat.

73.

Chrysol.

Deus humana officia diuini reponit beneficijs.

Luc. 7.

August.

74.

Magna exultatio ex re sua visa in templo Deo dedicata. Exod. 35.

IX impulsu Spiritus sancti Zachæus cum tanta promptitudine obsequitur, ac Christum excepit. Deinde ait Euthymius, Quod non solum eum vidisset, vt optauerat, sed quod etiam ab ipso vocatus fuisset, quodque ipsum suscepisset, quod nunquam fore sperauerat. Res enim obtepta supra omnem spem, ac desiderium vehementer delectat, ac lætitia replet.

Secundò. D. Chrysol. ferm. 54. Gaudet, ait Zachæus, quia reus iudicem suffragio humanitatis inclinat, quia cibi, & potus senore debitorem suum sibi facit, & acquirit, sic fit, vt quæstum sibi non perdat Publicanus iste, sed mutet. Cum multo gaudio suscipit Zachæus Dominum, sciebat vberem esse sui hospitij mercedem, agnoscebant iam Diuini Spiritus instinctu Christum Dominum valde pronum esse ad gratiam referendam, si quid enim ab hominibus accipit, statim cum multo fenore repensat. Hac spe Zachæus Magistrum excepit vehementer gaudens, & hac spe lucrum auget vsura pia. Inuitatur Iesus à Phariseo ad mensam: Ingressus domum Pharisei discubuit, Luc. 7. n. 36. Accurrit mulier peccatrix, cum multis lachrymis, quod videns Spiritus turbatur, illum docet Diuinus Magister, quantum gratiarum meruisset mulier scelerum pœnitens. Simon, ait, habeo aliquid tibi dicere, ibid. n. 40. pro breui hospitio Christus soluit Phariseo ingens diuinæ institutionis beneficium, vt obseruat D. August. homil. 23. Ne gratis apud eum panem comederet.

Tertio. Excipiens Zachæus Christum gaudet, & exultat, quia iam videt domum suam, mensam suam, ac panem suum Deo dedicatum, quod est magna ratio lætandi, ac exultandi. Cum fabricaretur opus tabernaculi, petiuit Moyses ex mandato Dei munera, & ea munera, à quibus nullus etiam pauperimus poterat se excusare, v. g. pilos caprarum, quos enim tam miserabilis, vt quosdam pilos caprarum non valeat exhibere: Omnis voluntarius, ait Moyses, prono animo offerat eas Domino: aurum, & argentum, & as, Hyacinthum, & purpuram, & byssum, tortam, & pilos caprarum, Exod. 35. n. 4. & 5. Ordinavit sic Deus, vt etiam vilis pauper videret aliquid sui in opere tabernaculi, vt hanc exinde perciperet lætitudinem, exultationem, ac consolationem, quod aliquid sui videbat in Dei Sylueira in Euang. Tom. IV.

tabernaculo positum, ac dedicatum, quod semper stabat in oculis diuinæ Maiestatis, pro vno quoque diuinam misericordiam sollicitans, & petens. Origenes homil. 13. in Exod. Iustum est enim, ait, vt in tabernaculo Domini inueniatur vnus quisque, habere portionem suam. Non enim lateat Deum vnusquisque, quod ei offerat. Quam gloriosum tibi est, si dicatur in tabernaculo Domini. Aurum istud (verbi gratia) quo arca testamenti obtegitur, illius est. Argentum, ex quo bases, & columnæ illius est: as, de quo annuli, & candelabrum illius est: & cætera quæque per singula.

Origen.

QUESTIO X.

Quare Zachæus cum gaudio suscipit Dominum in domum suam, quem tamen inuenientem Centurio detinet?

RATIO difficultatis est, Christum excepit gaudens in domo sua Zachæus, quem tamen venientem ad Centurionis domum, Centurio ipse refugit, ac eum detinet, dicens: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, Matth. 8.

75. Ratio difficultatis. Matth. 8.

76. August. Algerus.

Ad quætionem eleganter respondet D. Augustin. Epistol. 118. ad Ianuar. cap. 3. & refertur ab Algero lib. 1. de Sacram. cap. 22. Dixerit aliquis, ait, non quotidie accipiendam esse Eucharistiam. Quoniam eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque viuat, quod ad tantum Sacramentum dignius accedat. Alius affirmat quotidie. Respondet S. Doctor: Faciat vnusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit Zachæus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua suscepit Dominum, alter dixerit: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Ambo Salvatore honorificantes, quamuis non vno modo, ambo peccatis miseris, ambo misericordiam consecuti. Nota sequentia verba: Vnus honorando non audent quotidie sumere, & alter honorando non audent vno die prætermittere. Diuersi sunt affectus, ex tamen Religionis affectu procedunt. Zachæus ex amore, ac charitate gaudet Dominum in domo sua recipere, sicut & se habet ille, qui frequenter ad Eucharistiam accedit; Centurio verò ex reuerentia venientem Dominum detinet, & postulat vt domum suam non ingrediatur, ambo Salvatore honorificantes, quamuis non vno modo.

Ex amore ad Eucharistiam acceditur, ex reuerentia ab illa abstinetur.

Ex quo patet quod etiam per actiones quoad nos diuersas virtutis meritum obtinetur. Ecce enim Zachæus gaudens Christum suscipit in domo; contra verò Centurio eum à se vult declinare, & tamen in virtute, ac perfectione coadunantur. Scribit D. Lucas 6. n. 19. Quod omnis turba querebat eum tangere, Luc. 6. n. 19. scilicet, Petrus verò è contra ait ad Iesum: Exi à me, quia homo peccator sum, Luc. 5. n. 8. Ecce turba vult ad Christum accedere, ipsumque tangere. E contra verò Petrus ab eo abesse procurat. Turba ex fide, & deuotione, cum eo esse desiderat, vt explicat D. Bonau. Petrus verò vult vt ab eo exeat, ex cultu, & reuerentia, etsi res videatur contraria, vtriusque tamen studium laudabile, ac ex virtute.

77. Diuersis actionibus sancti coadunantur in virtute. Luc. 6.

Luc. 5.

Cum transfiguraretur Iesus in monte Thabor: Ecce apparuerunt Moyses, & Elias cum eo loquentes, QQq 2 101,

78. Matth. 17.